

I. N. J.

De

PHILOSOPHIA TURCICA,
ORATIO INAUGURALIS.

S. R. Majestatis Burggrabie
eminentissime,

Viri Magnifici, Nobilissimi, Consultissimi,
Excellentissimi, admodum Reverendi, Amplissimi,
Clarissimi, Spectatissimi,
Humanissimi,

*Domini, Patroni, Fautores, Collegæ, Hospites,
Amici, debitâ observantiâ colendi, hono-
randi, deamandi,*

Et tu, Spes Patriæ, florentissima Civium hu-
jus Athenæi corona.

Non amplius Hannibal Turcicus ante **EXORDI-**
Christianorum portas est, sed mutatâ rerum **UM.**
facie, postquam invictissimi Regis atque Do-
mini nostri JOHANNIS III. & fœdera-
torum Principum, maximè Saxonici Electoris (a) virtu-
te,

(a) Antonius Malegonnellus, in Panegyrico, Johanni III. Poloniæ Re-
gi, Romæ habito Anno 1684. *Primum belli impetum fortissimi Saxones excepere,*
qui